ALEXANDER PP. VII

Morbio 27 (49)

Venerabilis fr̃ salutẽ et Aplicam ben. Nuper pro parte dilecti filij Joannis Baptæ Soroldone Subdiaconi Mediolanen Nobis expositum fuit quod ipse ab aliquot mensibus cum
dilecto pariter filio Ambro[illegible] Triultio Canonico metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanen Coadiutor perpetuus et irreuocabili in regimine et administratione Canonicatus et præbendæ Ecclesiæ huiusmodi cum futura
in illis ad eius fauorem succeßione auctẽ nra Aplica deputatus fuisset, ac ad sacros ordines officium Coadiutoris huiusmodi obeundi ergo promoueri cuperet, indultum suscipiendi ordines etiam extra
tempora ad id à iure statuta à [illegible] per quasdam nras in simili forma Breuis expeditas lras in quibus expreßum fuit eundem Joannem baptam Ecclesiæ pdictæ Canonicum existere, et ad titulum
Canonicatus et præbendæ eius[illegible] Ecclesiæ ad dictos ordines promoueri desiderare, tametsi ipsi non nisi Coadiutor ut præmittitur, esset, concedi sibi obtinuit, earundemque lrarum vigore cre-
dens se ordines sacros suscipe[illegible] posse, nec aduersus se propterea examinari, et approbari debere, à dilecto etiam filio Vicario tuo in spualibus gnali lras Venti fr̃ Epo Bobien qui tunc
Mediolani erat, directas ignoranter impetrauit, in quibus idem Vicarius dixit Epum pdictum ipsi Joanni baptæ sacrum Subdiaconatus ordinem conferre posse, praesupponens eundem
Joannem baptam omnia ad id requisita habere, prout dictus Joannes bapta ipsi Vicario prius asseruerat. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat idem Joannes bapta in vim
lrarum dicti Vicarij à memorato Epo pdictum Subdiaconatus ordinem absque titulo, nec prævio examine et approbatione susceperit, suspensionem, ac etiam forsan excommunicationem
propterea incurrendo, et suspensione, ac etiam forsan excoicatione huiusmodi innodatus in eodem Subdiaconatus ordine ministrauerit irregularitatis notam contrahendo; cumque præmissa
ad plurium notitiam peruenerint. Ideircò dictus Joannes bapta Nobis humiliter supplicari fecit ut sibi in eisdem præmissis opportune prouidere, et ut infra indulgere de benignitate aplica
dignaremur. Nos igr pdictum Joannem baptam specialibus fauoribus et gratijs prosequi uolentes, et à quibusuis excois, suspens et interdicti, alijsque ecclicis sntijs cens et pœnis à iure vel ab hoie
quauis preterquam præmissorum occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum pntium dumtaxat consequen harum serie absoluentes et absolutum fore censentes huiusmodi
supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per pntes committimus et mandamus quatenus constito tibi de narratis, quodque dictus Joannes bapta ad pdicti Subdiaconatus exercitium idoneus existat
et titulum sufficientem habeat, ipsum Joannem baptam si hoc à te humiliter petierit, imposita ei pro præmissis arbitrio tuo aliqua pœnitentia salutari, à censuris quibuslibet quas propter
præmissa quoquomodo incurrit, auctẽ nra Aplica in utroque foro absoluas, ac cum eodem Joanne bapta super irregularitate per eum quia censuris huiusmodi innodatus in dicto Sub-
diaconatu ministrauit quomodolibet contracta, ita quod illa, et ipsdem præmissis non obstan, si nullum aliud canonicum ei obstet impedimentum, clericali charactere, quo alias rite insignitus fuit
illiusque priuilegijs, necnon susceptis per eum pariter alias rite quatuor minoribus, et pdicto Subdiaconatus ordinibus uti, ac ad reliquos sacros Diaconatus, et presbiteratus ordines, dummodo
tu ad id idoneus reperiatur, seruatis seruandis promoueri, et promotus in illis, ac in cæteris ordinibus pdictis etiam in altaris ministerio ministrare liberè et licitè possit, et valeat eadem auctẽ
dispenses. Non obstan Aplicis, ac in vniuersalibus, prouincialibusque, et Synodalibus Concilijs editis gnalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque
Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die ij.a Augusti M.DC.LVJ. Pontus Nri Anno Secundo

F. Gualterius

Venerabili fratri Archiepo Mediolanen

1656
Aug. 2

Morbio 27 (49)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1874768005-18/fragment/page=0002